non posse. et misit illis sacerdotem qui doceret legitima terre. Quoque veniens
ad bethlehem accepit exemplar legis a tribu iuda et descripsit illis pen-
tatheucum et legem exposuit. Et postquam iuda et beniamin a caldeis capti
fuerant et lex incensa. remansit in samaria vel apud colonos illos exemplar
legis antiquis litteris expressum dum nichil illis nocuerit. subiecti enim erant
illis. Esdras alias repperit litteras quas in novitate posteris. Unde nomen domini tetra-
grammaton antiquis litteris expressum fuerunt in quibusdam grecis voluminibus
etiam tamen in canone quia .lxx. interpretibus interpretata fuerunt dum lex a
caldeis incensa est. Et post tantum intervallum in regno grecorum .lxx. interpreta-
ta sunt. Sed in historiis patuit quod nomen domini per omnes gentes atque omnia regna terrarum
diffamatum erat. Audierunt enim multa mirabilia que operatus est. Duplices
apud hebreos .v. littere que duplicem figuram habent. Et duplex vocabulum.
caph. mem. nun. fe. sade. Aliter enim per has principia. ut apud nos sepius in-
tra librorum per k. litteram scribuntur. ut kalende. fines per c. ut fac. Dabreiamin
hebraice. latine verba dierum. Dabre verba iamin dierum. Sunt tamen .v. dextre.
Unde et beniamin per .m. litteram debemus scribere que interpretatur filius dextre. Bre-
sith .i. principio quod hebrei voluminibus suis nomina ex principiis posuerunt. Hebrei
genesi. aleph litteram scribunt que interpretatur doctrina. ut in principio fecit deus
celum et terram. Exodo beth que interpretatur domus pro instructione tabernaculi. Le-
vitico gimel .i. plenitudo quod plenissime de victimis disputat. Numeri
deleth .i. tabularum quod de compositione tabernaculi loquitur. Deuteronomio
he. que interpretatur ista lex. pro iteratione legis. Iob. david. daniel. Inter agio-
grapha. non pro dedignatione. sed pro dignitate et sanctitate. Agio. sancta. grapha. scrip-
tura. Prophetarum ordo incipit ab ihesu naue. quia tota sancta scriptura digna est
prophetie vocabulo dum futura significat. Iosue non in operibus pene gestis suis.
futura christi opera prophetabat. Cronicon .i. temporale quod incisionibus .v. inci-
siones pro satisfactione eorum dixit. quod libenter affirmare solebant. Prostratis in vul-
tibus .i. ieiunatis vultibus. Coronas suas opera sua offerentes. quia opera